UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

48. De Chariberto rege, quires Ecclesiasticas inuasit, eiusque diuina vltione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

ſubſidijs ſuſtentauerat? Verè, non fallax vo
de cælis à Ioanne audita: Opera mortuorum
ſequuntur illos, quod in iſto rege appa
quem per opera miſericordiæ velut per
quibus impenſa eſt, à tormentis eripuit: &
quiei beatorum ſpirituum ſociauit.

D. Gregorius Turonenſis Epiſcopus lib. 4. cap. 19. De miraculis D. Martini. De Chariberto rege, qui Eccleſiaſticas inuaſit, eiusque diuina vltione.

CAP. XLVIII.

CHaribertus rex, cùm exoſis clericis
cleſias Dei negligeret, deſpectiſque
cerdotibus, magis in luxuriam declinaſſet,
geſtum eſt eius auribus, locum quendam,
baſilica ſancti Martini diuturno tempore
tinebat, ſiſti ſuo iuri, reddique debere.
autem illi Nauicellis nomen Priſca v
indiderat, qui accepto iniquo conſilio,
velociter miſit, qui Remiculam illam ſu
minio ſubiugarent. Cumque hæc re
dens videretur habere, iuſſit in locum
ſtabularios cum equitibus dirigi, ibique
æquitatis ordine præcepit equos ali. Acce
tes ergò pueri, fœnum, quod coacerua
fuerat, accipiunt in equorum expenſas. Cum
iniunctum ſtudioſè ageretur ſeruitium,
equi appoſitum fœnum cepiſſent expend
corripiuntur rabie. Et frementes ad i
diruptis loris, per plana proſiliunt, & in
vertuntur, & ſic malè diſperſi, alij exc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur, alij rupibus præcipitantur, alij ſe ſepibus ingerentes, palorum acuminibus transfodiuntur. Tandem ſtabularij iram Dei intelligentes, paucos extra terminum loci, quos aſſequi potuerunt, expellunt, ſanosque recipiunt, nunciantes regi rem illam iniuſtiſſimè retineri. Et ideo hæc cum fuiſſent perpeſſi, dixerunt: Dimitte eam, & erit pax tibi. Qui furore repletus, ſic dixiſſe fertur; ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè reddi debeat, regnante me, hanc baſilicam non habebit: qui protinus diuina iuſſione tranſitum recipiens quieuit. Adueniente autem glorioſiſſimo Sigiberto rege, in eius regnum, ad ſuggeſtionem beati Eufronij Epiſcopi, hoc in domo ſancti Martini reſtituit, quod vſque huc ab eius baſilica poſſidetur. Audite, hæc omnes poteſtatem habentes, ſic veſtite alios, vt alios non ſpolietis, hoc adiungite veſtris diuitijs, vt damna non inferatis Eccleſijs: vindex eſt enim DEVS velociter ſeruorum ſuorum.

Eutropius lib. 17. rerum Romanarum. Niceph. Calliſt. lib. 18. cap. 28. De pœna violantiū Eccleſiam & reliquias S. Alexandri martyris.

CAP. XLIX.

ANno 18. Imperij Mauritij, Caianus cum barbaro exercitu ſuo Diriziperam venientes, ciuitatem depopulati ſunt, & S. Alexandri martyris Eccleſiam incenderunt, ſepulchrumque illius argēteo tecto coopertum ſpoliant. Sed & iniurijs quoque martyris corpus

pus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN